



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 77. Copiæ tam fœderatis, quam Navarræ Regi ab Helvetiis suppeditatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A. C. 1586.
 „bello religionis caussa obtendatur, aut
 „de Regni in meliorem statum reforman-
 „di ratione agatur, ipsemet præsto sum:
 „porro Concilium toties a Protestantibus
 „expetitur, ac publica regni comitia,
 „utpote opportuna adversus utrumque
 „malum remedia, sufficiunt, atque
 „ego horum neutrum declino, verum
 „id non placet turbarum studiosis:
 „quinimo ut eo citius hoc diffidium diri-
 „meretur, duelli discrimen ipse pro-
 „posui: ast hi nil nisi bellum sitiunt: ita-
 „que vos hortor, ut positis armis pacis
 „consilia foveatis, atque a turbidis ma-
 „chinationibus alieni concordiam in
 „Domo Domini, & inter Regni subdi-
 „tos revocare studeatis: denique a vo-
 „bis ea omnia impetrare studeo, quæ
 „mihi a genuina Gallicæ nationis sobole
 „polliceri valeam: vicissim vero vobis
 „spondeo, quod nec unquam me de-
 „fuisse comperiat in illis, quæ a Prin-
 „cipe Gallo, & Christiano Rege pro
 „unionem Ecclesiæ, Regis Domini mei
 „obsequio, & omnium proborum satis-
 „factione expectare poteritis.”

§. LXXVII.

*Copie tam fœderatis, quam Navar-
 ræ Regi ab Helvetiis suppeditatæ.*

Thu. l. 84. **D**ivulgatis hisce literis Navarræ Rex
 Montalbano Neracum contendit,
 nonnisi

non nisi tribus peditum millibus, atque Sæcul. XVI.
A.C. 1586.
 exiguo ex vicina Nobilitate equitatu
 stipatus: potissimam enim spem in Ger-
 manorum Protestantium Principum stu-
 dio, & zelo Helvetiorum reponebat,
 qui juncto inter se consilio suppetias Na-
 varro submittere decreverant, ac re
 ipsa plusquam quinquaginta partim
 Germanorum, partim Helvetiorum
 millia, ac plures alii Protestantes Na-
 varræ Regis partibus accedebant, un-
 de Catholicorum Pagi tam numerofo
 hæreticorum delectu haud parum tur-
 babantur, quorum tamen animos San-
 ctorius Nuntius erigebat, quicquid in
 Pontifice virium esset, pollicitus, qui-
 nimo ipsemet Sixtus datis ad eos literis
 spondebat, se illis tam pecunia, quam
 milite præsto futurum, dummodo in
 Religionis Catholicæ studio constantes
 perseverarent: insuper jam dudum
 Guisus Dux Pfifferi Tribuni ministerio
 usus Helvetios, ut Catholicis fave-
 rent, sollicitabat: Nuntius quoque
 suam huic Tribuno operam jungebat,
 ut eo facilius votis damnaretur: qua-
 propter ad Franciæ Regis preces de-
 cem armatorum millia, quæ foederato-
 rum stipendia mererentur, conducta
 fuere: priusquam vero hæ copiæ edu-
 cerentur, ipsemet Nuntius singulis san-
 ctissimam Eucharistiam dispensabat, eos-
 que

Sæcul. XVI. que sacramenti religione obstringebat,
 A.C. 1586. se duntaxat pro fidei Catholicæ defen-
 sione pugnaturos, & si Rex quidquam
 in sectariorum gratiam moliri depre-
 henderetur, arma posituros, & ad sua
 reversuros.

§. LXXVIII.

*Diffidia inter Papæ Nuntium, & Lu-
 cernensem Pagum.*

Thuan. l. 84. Verum improvisus quidam eventus
 Nuntii Pontificii conatus, quos Ro-
 mana Curia ratos habebat, nonnihil
 turbare, ejusque auctoritatem quodam-
 modo imminuere videbatur, quippe
 Lucernenses, quorum Tribus ex cete-
 ris quinque Catholicorum Pagis facile
 princeps est, premente annonæ angu-
 stia a Collegii Bronnensis Canonicis
 magnam frumenti copiam postulave-
 rant, cum autem illi postulata non fa-
 cerent, ab iisdem Lucernensibus citati
 fuerant, ut coram Magistratu compare-
 rent: verum Nuntius hac agendi ra-
 tione offensus, suamque jurisdictionem
 esse violatam ratus Canonicis inhibuit,
 ne iudicis profani citationibus parerent,
 ejusque auctoritatem agnoscerent, nisi
 anathematis pœnam incurrere velint.
 Protestantes hanc occasionem in rem
 suam vertentes studiose proposito ho-
 noris tuendi obtentu Lucernenses in-
 ducere